

Alte Drucke

**CONCIONES || IN EVANGELIA || ET EPISTOLAS, QVAE || per
totam Quadragesima[m] populo in Ecclesia || proponi
solent, è Tabulis F. Iacobi Veldy ...**

Prielee, Gilles vanden

Parisiis, 1567

FERIA QVARTA POST DOMINICAM PALM. EVANGEL. IOHAN. 13.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150295

FERIA QVARTA

inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique, &c. Psalm. 54. Quod autem opportunitatem nacti impij magistratus perpetrandi sceleris pretium offerunt, insignem eorum in Christum declarat inuidiam, quavis parati iacturam subire, ut innocentis morte sese exsaturent. Ita solent ij, quibus veritas odio est, omnia tentare, ut eam semel opprimant, nec antè desistunt, quàm quod cupierint, assequantur.

FERIA QVARTA POST DOMINICAM PALM. EVANGEL. IOHAN. 13.

Ante diem festum Paschæ, sciens Iesus quia venit hora eius, &c. Finis Euangelij: ita & vos faciatis, &c.

ET SI non ignorem huius Euangelij historiam factam esse ipso die cœnæ Domini, atque hoc die Christum fuisse à Iuda venditum, tamen quia, iuxta communem Ecclesiæ consensum, lotionum pedum sacramenti institutionem præcessit, idè consulè hoc Euangelium hoc die interpretari licet. Complectitur autem quatuor.

Mansuetudo Christi.

I Primò, Singularem Christi mansuetudinem, & humilitatem, qua se non tantùm in abiectionissimam seruitutem lotionis pedum demisit, sed in horribiles illos dolores Passionis, quos nostra causa assumpsit, ad Philippenses 1. Propter nimiam scilicet, charitatem, qua dilexit nos, &c. Eà autem dilectionem electis, & fidelibus quotidie impendit, quam Apostolis typica hac lotionem significauit, s. sanguine suo sese animæ, & corporis fordes loturum, peccata, nimirum, & pœnas peccatorum, quæ licet in natura videantur relictæ in exercitium, in morte tamen prorsus extinguuntur, Apoc. 7. Absterget Deus, Dan. 12. Isa. 25. Deleuit enim Christus mortem, peccata, mundum, diabolum, & infernum, nò ut nò sint, sed ut fidelibus nò dominètur, ablata ipsorum tyrânide, & potètia, ne lotis & iustificatis noceat, sed potius, ut ait Apost. Ro. 8. cooperètur in bonum. Nà præcipit mortem in sèpiternum, Isa. 25. deleuit chyrographum decreti ad Col. 2. vicit mundum, Io. 17. alligauit fortè & vasa eius diripuit, Luc. 11. & in sanguine testamèti eduxit, vi

eos de lacu, in quo nō erat aqua, Zac. 9. Sed tamē egēt
 cōtinua lotiōe pedum, quia etiā in iustificatis & electis
 infirma natura subinde graues & malos affectus gignit,
 qui cōtinua egēt lotione, quæ per pœnitentiæ lachrymas
 fit. Dum itaque Christus surgit à cœna, deponit vestimē
 ta, linteo se præcingit, mittit aquā in peluim, & incipit
 lauare pedes discipulorū: insignē illā erga miseros mor-
 tales declarat charitatē, quæ quū diues esset, ppter nos
 egenus factus est, vt, si, ipsius inopia diuites efficeremur.
 2. Secundō, Petro recusanti lotionis beneficium, ostē-
 dit insignē illius vtilitatē, dum insinuat verā iustitiā, aut
 vitā aternā haberi nō posse, nisi per Christum à sordi-
 bus peccati abluamur. Obseruādā interim est Apostoli
 Petri modestia, & animi demissio, quæ indignum se iudi-
 cat, cuius pedes ille lauaret, qui sua virtute cæcorū o-
 culos aperuit, Mar. 11. leprosos mundauit, mortuos suscita-
 uit, Io. 11. cælū & terrā è nihilo creauit Gen. 1. & deniq;
 omnia fecit, quæ cæli ambitu continentur. Tulit quidē
 hāc animi modestiā Christus, quanquā ex zelo, nō secun-
 dū scienciā prodiret, insinuās eos qui spirituales sunt, de-
 bere imbecillitatem infirmorum sustinere. Ideō inquit,
Quod ego facio nescis modō: quasi dicat, Animalis adhuc quū
 sis, nō percipis ea quæ sunt spiritus Dei, quia incōprehe-
 sibilia sunt iudicia Dei, & inuestigabiles viæ eius, Ro. 11.
 Scies postea, dum scilicet, Spiritū sanctū acceperis, qui
 deducens te in omnē veritatē docebit te omnia, Iohan.
 14. 16. Verūm dum pertinacius Christo reluctari per-
 git, vt est semper carnis natura propensior in ea quæ
 rationi adlubescent, potius quā quæ verbo Dei im-
 petrantur, his obedire, graui illum comminatione
 terret, dicens, *Si non laueris te*, quasi dicat, Nisi te fecibus
 prauæ cōcupiscentiæ purgatū mūdauero, spiritu iudicij
 & spiritu ardoris, Isaia 4. qui baptizatis ob perpetuam
 cum carne luctam est necessarius: *Nō habebis partem
 mecum*, scilicet, in terra viuentium, quam per Passio-
 nem vobis quoque sum ac omnibus electis paraturus.
 Hac terribili comminatione audita percussus,
 (Est enim quouis gladio ancipiti penetrabilior sermo
 Dei pertingens vique ad diuisionem animæ ac spiri-
 tus, &c. Hebræorum 9.) se totum voluntati Dei per-
 mittit. Est enim ea fidei natura, vt se totam Deo com-

*Petri mod-
 estia & ani-
 mi demis-
 sio.*

*Galat. 6.
 Rom. 14.*

mittat. Ideò inquit, *Domine, nō tāti pedes, sed et man⁹*, id est, opera, & caput, id est, intētionē. Quibus verbis pulchrè exprimit nos, nostrāq; omnia ex se sordida esse ac fœda, nec ī iudicio Dei posse cōsistere, nisi à Christo purgata.

3 Tertiò, Doctrinam Christi, qua docet eos, qui, vt loquitur Apostolus, Hebræorum 6. & Romanorum 6, semel sunt illuminati, gustauerunt donum cælestē, participes facti sunt Spiritus sancti, in morte Christi baptizati sunt, & loti sunt à peccatis, vt scilicet, sint in Christo Iesu noua creatura, renouati spiritu mentis, & induti nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis: quo modo, scilicet, eos oporteat ambulare, & placere Deo, quorum caput, & manus, id est, authore Bernardo, sermon. de lotionē pedum, intētiō & operatio mundi est, vt non hominibus, sed soli Deo placere studeant, abnegantes impietatem & secularia desideria, vt sobriè & piè viuant in hoc seculo: his tamen esse opus vt pedes lauent, id est, animi affectiones, subinde per pœnitentiæ lachrymas expurgent. Vix enim fieri potest, quin vanitati, voluptati, & curiositati subinde animus plusquam oportet cedat. Nam in multis offendimus omnes. Est enim, iuxta Augustinum, sanctissima oratio, Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Quare leuia & si hæc videantur esse peccata, contemnenda tamen sunt, quando impossibile sit cum *his* saluari: nec nisi per Christum elui possunt: est enim propitiatio pro peccatis nostris. Si tamen secundum post naufragium tabulam pœnitentiam non negligamus, qua virtute sanguinis agni immaculati, animorū, & corporū sordes purgātur, vt corā Deo, eiusq; seuerō tribunali cōsistere possimus, tanquā abluti, sanctificati, & iustificati. Sic enim fit, vt loti simus corā Deo mūdi, quemadmodum hīc docet Christus: quāuis enim sine peccato nō simus, tamē si nō dominetur ac regnet in nostro mortali corpore, vt obediamus cōcupiscētiis eius, nō imputatur, etsi carne seruiamus legi peccati, modo mente seruiamus legi Dei, Rom. 7.

4 Quartò, Sui ipsius exēplo hortatur Christus Apost. Episcopos, & Sapientes, quibus Ecclesiā suā, quā acqui-

uit sanguine suo, Aet. 20. cōmīst, ad māsuetudinē, modestiā, & epeceiā: dū ait, *Si ergo ego laui pedes vestros, Domin⁹, & Magister*, nō tragicus aut imaginarius vel titulo tenus: sed verē, & vt loquitur scriptura, Dominus dominātiū, Princeps Regū terrā, & Rex Regū: ergo & vos debetis alter alterius lauare pedes. Qui maior est vestrū, fiat sicut minor, Mat. 20. Luc. 22. Galat. 6. Non iubet autē Christus hoc praecepto, vt in publicis peccatis, & manifestis criminibus inuicē sibi adulētur & praecepti & subditi: sic enim politiā omnē prorsus subuerteret: Sed ex aequo vult omnes suā fortis meminisse: vt, s. mutua lenitate sanemus, quē salua charitate tolerari possunt. Est autē superiorū & gubernatorū, vitā, & mores leniter ferre suorū subditorū, quatenus cū pace Reip. & sine iniuria creatoris licet: & subditorū, gubernatorū, & doctorū mores, licet retricos & difficiles, tolerare. Porro quā graues turbas in Ecclesia Christi dederit huius praecepti neglectus, res ipsa loquitur.

*Superiorum
est & guber-
natorū, sub-
ditorum vi-
tam & mo-
res leniter
ferre.*

FERIA QUINTA IN COENA DOMINI.

NI, EVANGELIUM, LVCAE 21.

Et cū facta esset hora, discubuit, & duodecim Apostoli cū eo, &c. Finis Euangelij: qui pro vobis fundetur, &c.

*Matt. 26.
Mar. 14.
1. Cor. 11.*



BROGATISTYPICIS illis & Mosaicis sacrificiis in vltima coena Christus nouū, nō secundū ordinē Aarō, sed Melchisedech, sacrificium instituit, panem & vinum, in verum ac viuū corpus suū conuertendo. Quare non ratione, sed fide sunt aestimanda, quā in hac coena agit Christus. Sunt autem obseruanda quatuor.

1. Primò, Vehemēs hoc Christi desiderīū, quo prēter cōsuetudinē ad hanc coenā accedit, nō obscurē magnū quid ipsū facturū indicās: ex quo intelligas nō cōmunē aut vulgare fuisse, sed prorsus diuinā, & caelestē, qua dignatus est filius Dei humanā naturā maledicto obnoxia, caelestib⁹ epulis pascere, proprio, s. corpore, & sanguine. Siquidē id & potuit, & voluit, quia Deus, apud quē nō impossibile omne verbū, Luc. 1. & quia saepius fuerat pollicitus. Io. 6. Panis quem ego dabo, caro mea est,